



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Vivat Rex Carolvs

Franz <I., Frankreich, König>

[Köln], 1519

VD16 F 2325

Hermanni Nuenarij Comitiss Inclvty epigramma, in defectionem solis, & electionem Caroli regis Romano[rum].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34650**

Hermanni Nuenarij Comit̃s Inclyti epigramma,  
in defectionem solis, & electionem  
Caroli regis Romanor̃.

Delituit nuper coeli sub uertice Phoebus,  
Occulitq; suum Dælius ipse iubar.  
Emersit subito diuinum Cæsaris astrum,  
Cunq; nouo redijt Cæsare Phoebus ouans.

Ergo hoc iam constat, quo pacto regnet uterq;  
Phoebus apud superos, Cæsar in orbe regit.

¶ Eiusdem epigramma in Cæsarem &  
Atlantem.

Magnus Atlas humeris gestare putat olympum,  
Quamuis Herculeæ sit releuatus ope.

Magnus item Cæsar terrarum sustinet orbem  
Solut, & ex alto pectore cuncta gerit.

Fortior est igitur robusto Cæsar Atlante,  
Ille capit socium, rennuit iste parem.

¶ Eiusdem ad Carolum regem Romanor̃  
distichon.

Dent superi sanum te uincere Nestoris annos  
Carole, iam nequeunt hi dare plura tibi.